

Domino carissimo et in Christi amore ceteris regibus Anglorum praeferendo Ethelbaldo Bonifacius archiepiscopus legatus Germanicus Romanae ecclesiae perpetuam in Christo caritatis salutem.

Hs. 2:

Nihil enim adiuvant opes terrenae in die vindictae, si eis homo male utens praesentem finierit vitam, cum post mortem corporis in penam animae ceciderit aeternam. His ergo admonitionibus, fili carissime, imbutus rogo, ut adquiescas sanis sermonibus legis Dei et corrigas vitam tuam. Desere vitia et studium impende sacris virtutibus adimplendis; sicque in hoc mundo prospere vives et in futuro praemium consequeris sempiternum. Vale.

Deus omnipotens in meliorem statum vitam tuam corrigat, ut gratiam ab ipso domino invenire merearis aeternam.

Wilhelm von Malmesbury:

Quapropter, fili carissime, paternis te et subnixis precibus deprecamur, ut non despicias consilium patrum tuorum, qui pro Dei amore tuam appellare celsitudinem satagunt. Nihil enim bono regi salubrius, quam si talia commissa, cum arguuntur, libenter emendentur, quia per Salomonem dicitur: 'Qui diligit disciplinam, diligit sapientiam'. Ideo, fili carissime, ostendentes consilium iustum, contestamur et obsecramus per viventem Deum et per eius filium Iesum Christum et per Spiritum sanctum, ut recorderis, quam fugitiva sit vita praesens et quam brevis et quam momentanea delectatio spurcae carnis et quam ignominiosum sit, ut brevis vitae homo mala exempla in perpetuum posteris relinquat. Incipe ergo melioribus moribus vitam componere et praeteritos errores iuventutis corrigere, ut hic coram hominibus laudem habeas et in futuro aeterna gloria gaudeas.

Valere celsitudinem tuam et bonis moribus proficere optamus.

Wilhelm von Malmesbury nennt als Absender weder 6, noch 8 Bischöfe, sondern Bonifatius ganz allein und bringt einen ganz andern Schluss. Mit dieser Feststellung scheint zugleich die Erklärung schon gefunden, dass es sich nicht um ein, sondern um zwei Schreiben handelt, eine Synodal-